

sive Gabellis, quas mercatores solvunt pro transvectione mercium venalium, cum in his vectigalibus imponendis vero non alter habeatur respectus, quam ad ipsos mercatores, qui negotiationis causa merces aspor-

GEOMANTIA

Vide verb. SUPERSTITIO, num. 17

GRADUS AFFINITATIS, ET CONSANGUINITATIS.

Vide verb. AFFINITAS, art. 2, n. 14. Et verb. IMPEDIMENTA MATRIMONII, art. 1 a n. 32.

GRÆCI.

SUMMARIUM.

1. Græcæ Ecclesiæ ritus et consuetudines nequeunt immutari, inconsulta Sede Apost. — 2. 5. Græci Italiæ et Insularum adjacentium subjiuntur Episcopis Latinis, quorum in Diœcesibus degunt. — 6. 7. De Græcorum filiis baptizandis. — 8. 12. De Græcorum

(1. Græcæ Ecclesiæ laudabiles consuetudines, jejunia, ritusque immutari nequeunt inconsulta Sede Apostolica; Bened. XIV, tom. 1 Constit. 87, incip. *Demandatum*, § 3.

(2. Græci Italiæ et Insularum adjacentium subjiuntur Ordinariæ Jurisdictioni, visitationi et correctioni Episcoporum Latinorum, in quorum Diœcesibus manent; idem Constit. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 9. (3. Ita tamen ut iidem Episcopi Vicarium Græcorum retineant pro negotiis et causis Græcorum; idem *ibidem*. (4. Quemadmodum Metropolitanus pro causis Græcorum vigore Appellationis ad se delatis Judicem Græcum deputare debet; *ibidem*. (5. Si vero proprium Ordinarium Græcum habeant, ab Episcoporum Latinorum jurisdictione et visitatione exempti esse debent; idem *ibidem*.

(6. Græcorum filii quo ritu baptizari debeant, vide verb. *Baptismus*. (7. Infantes Græcorum ad ejus Parochi jurisdictionem pertinent, cujus ritu sunt baptizati; Laud. Pontifex incip. Const. 57, § 2.

(8. Græcorum Ordinationes in Italia duobus Episcopis delegantur; uni Romæ commoranti, et alteri in Calabria in Collegio Corsino; idem *ibidem*, § 7. (9. Exclusis schismaticis Episcopis, et etiam Latinis, quantumvis locorum Ordinariis; idem *ibidem*; (10. Prædicti tamen Episcopi ad Ordinationes Græcorum deputati, nullam habent ordinariam jurisdictionem: nec ordinare possunt aliquos absque dimissionis Ordinariorum, præter Alumnos Collegii Corsini; idem *ibidem*. (11. Tam ipsi quam alii quicumque Episcopi Græci Latinos ordinare prohibentur, sub pœna suspensionis; id. *ib.*

(12. Græci ordinati ritu Latino cum dispensatione Apostolica, promoveri possunt ad reliquos Ordines ritu Græco. Si vero ordinati fuerint ritu Latino absque dispensatione, coguntur remanere in ritu Latino, maxime si post susceptos Ordines latine vixerint; idem *ibidem*, § 7.

(13. Græcis Presbyteris, Diaconis et Subdiaconis permittitur retentio uxoris, quam autem Ordinem Sacrum duxerint unicam, et virginem. (14. Si vero bigami sint, ad Sacros Ordines promoveri non possunt. (15. Et si post Ordines susceptos Matrimonium

tant; ideoque per accidens fit: quod inde augeatur pretium, quodque etiam Clerici emptores earum mercium idem pretium solvant, quod Laici, prout eo exemplo utitur ipse Molina.»

Ordinationibus. — 13. 16. De Græcis Clericis conjugatis. — Græci Laici communicari possunt sub specie azymi in Ecclesia Latina, ubi desit Eccl. Latina. — 17. In Sacram. administratione libris a sede Apost. approbatis uti debent. — 18. De præcedentia Græcorum et Latinorum. — 19. 55. Et alia ad rem.

contrahant, separandi sunt, et ab Ordine deponendi; idem *ibidem*, § 7.

(16. Græci Laici communicari possunt sub specie azymi in Ecclesia Latina, ubi desit Ecclesia Græca. Nunquam vero Latini sub specie fermentati; idem *ibidem*, § 6. (17. Græci non aliis Libris Ecclesiasticis in Sacramentorum administratione, et Missis, Divinisque Officiis celebrandis uti possunt, nisi iis qui per Congregationem a S. Sede Apostolica emendationi librorum hujusmodi deputatam, correcti, typisque impressi fuerint; idem *ibidem*, § 9.

(18. Græcorum, et Latinorum præcedentiæ desumi debent a dignitate personali, ab Ordine, et antianitate; idem Constitut. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 9. (19. Græco-Melchitæ Latino ritu baptizati de præterito eligere possunt, quo ritu vivere velint. (20. In posterum vero sic baptizati, Græcum ritum sequi tenentur; idem Constitut. 87, incip. *Demandatum*, § 18.

(21. Græca lingua legitur Evangelium, et Epistola in Missa Pontificali Papæ. (22. Et id olim fiebat per Monachos Basilianos Cryptæ Ferratæ; donec ad Alumnos Collegii Græci munus istud translatum est; (23. idem tom. 2 Constitut. 33, incip. *Inter multa*. (24. Græci sine ullo proprii Ritus detrimento Latinorum Antistitum jurisdictioni subsunt; id. *ib.*

(25. Apud Græcos gradus octavus consanguinitatis, vel affinitatis respondet quarto gradui apud Latinos. Et in hujusmodi gradu Matrimonia prohibentur; idem cit. Constit. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 8.

(26. A Græcis in Sacris Ordinibus constitutis recitari debent horæ Canonice; idem *ib.*, § 7.

(27. Græci in Latinorum Episcoporum Diœcesibus commorantes impediri non debent, ne suis ritibus vivant; idem Constitut. incip. *Allatae sunt*, § 13. (28. A Græcis, et Orientalibus ritibus non licet ad latinum transire absque dispensatione Apostolica; idem *ibidem*, § 21. (29. Græci, qui ritus suos ita sectantur, ut Latinos damnent tanquam improbos, sunt hoc ipso hæretici; idem *ibidem*, § 22. (30. Græci non sunt a Latinis

Ecclesiis arcendi, ubi præsertim propria carent Ecclesia; idem *ibidem*, § 41.

(31. Uxores ante ordinationem ad Ordines sacros acceptas jure retinent Græci Sacerdotes; idem Constitut. incip. *Allatae sunt*, § 13 et 22. Vide supra num. 13 ad 15.

(32. Italo-Græcis duo constituti sunt Græci Episcopi, qui eosdem ad Ordines promoveant; idem Constit. incipien. *Allatae sunt*, § 15. Constitutiones pro Italo-Græcis editæ Græcos Græcis Episcopis subjectos non afficiunt; idem *ibidem*, § 15 et 16. Nec ipsis Italo-Græcis licet sine dispensatione Apostolica

GRASSATOR, GRASSATIO.

SUMMARIUM.

1. Quis sit Grassator. — 2. Grassator non gaudet immunitate Ecclesiæ. — 3. 7. Quid requiratur ut privetur immunitate Ecclesiæ. — 8. Si, sex homicidiis commissis, Grassator assumpserit habitum Laici in Religione, annuente Sanctissimo, exuto habitu, con-

(1. Grassator viarum, quamvis a multis cum latrone confundatur, stricte tamen loquendo, unus differt ab alio. Nam Grassator dicitur ille, qui in itineribus frequentatis, aut stratis publicis prædæ causa homines violenter, absque tamen occisione, aggreditur. Ita desumitur ex Bulla Gregorii XIV, incip. *Cum alia*, § 3, ibi: «Viarum Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur,» ubi, ut vides, nulla fit mentio de occisione. Latro autem publicus dicitur ille, qui violenter cum armis homines aggreditur, et spoliat eum occisione; Ameno, de *Pœnis* tit. 9, § 6, *Latrocinium* 3 et 4, Reiffenstuel, lib. 3 Decret., tit. 49, num. 34. Officialis Curiae quoad Immunitatem Eccl. n. 4, et alii passim. Concordat et distinctionem inter Latrones et Grassatores facit l. *Capitalium* 28, § 10, ff. de *Pœnis*, ibi: «Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur.»

(2. Tam Grassator viarum, quam publicus latro non gaudet immunitate Ecclesiastica: cap. *inter alia*, 6 de *Immunit. Eccles.*, Gregor. XIV Constit. incip. *Cum alias*, et novissime Bened. XIII Const. incip. *Ex quo*.

(3. Grassator viarum, ut careat immunitate Ecclesiastica, requiritur I. ut non una tantum, vel altera vice, sed sæpius grassetur, et homines aggrediatur. II. Ut auferendi causa id fiat. III. Ut in itineribus frequentatis, ac stratis publicis hoc agat. IV. Ut de hoc constet notorietate Juris, vel facti; Reiffenst. *loc. cit.*, num. 94, et alii passim, et sic sæpius decrevit Sac. Congregat. Immunit., ut patet in sequentibus decretis.

4. Grassatores non privantur Immunitate Ecclesiastica, nisi reiteratis vicibus delictum Grassationis commiserint; ead. Sac. Congregat. Immunit. in Beneventana 20 Novembr. 1640, lib. 3 Decret. Paul., pag. 133. (5. Imo de Jure requiritur trina Grassatio ad hoc, ut quis privetur Immunitate Eccles. ead. Sac. Congreg. Immunit. in Aprutina 14 Novembr. 1645, libr. 5 Decret. Paul., pag. 262.

ad latinum ritum transire; idem *ibidem*, § 21.

(33. Italo-Græci mentionem Romani Pontificis in Missa facere debent, idem Constitut. incip. *Ex quo primum*, § 17. Italo-Græci quoad commemorationem in Missa habendam, latinam disciplinam sequi tenentur. Ideoque nec Episcoporum, nec Patriarcharum Orientalium commemorationem facere debent in Sacrificio Missæ, *ibidem*, § 21. Italo-Græci Calendario novo uti debent: attamen quandoque ex peculiaribus circumstantiis iidem permissus est veteris Calendarii usus; idem dict. Constitut. *Allatae sunt*, § 45.

ceditur justitiæ sæculari. — 9. Quando non probantur homicidia, extractus est restituendus. — 10. Gaudet immunitate, si delictum non est commissum in publica via. — 11. Quid decreverit S. Congreg. Immunit. — 12. In causa Grassationis datur Gubernatori facultas examinandi personas Ecclesiasticas. — 13. Constitutio Benedicti XIII circa prædicta.

(6. Et insuper requiritur plena, et concludens probatio quoad trinas Grassationes, ut quis privetur privilegio Immunitatis; eadem Sac. Congr. Immunit. in Lauden. 7 Novembr. 1651, lib. 4 Decret. Paul., pag. 163.

(7. Verumtamen justificatis pluribus Grassationibus in publicis viis commissis, extractus immunitate non gaudet, et consignandus est Curiae sæculari; ead. Sac. Congr. Immunit. in Brugnaten. seu in Florentina 11 Martii 1681, lib. 2 Decr. Altov., pag. 2165.

(8. Grassator publicus, qui commiserat sex homicidia, et postea assumpserat habitum Laici in Religione, carceratus ab Episcopo ante professionem, annuente Sanctissimo, exuto habitu Regulari, conceditur justitiæ sæculari; eadem Sac. Congregat. Immunit. in Mediolanen. 16 Septembr. 1625, lib. script. vet., pag. 71.

(9. Quando vero legitime non probantur prætensæ Grassationes, extractus est restituendus; ead. Sac. Congreg. Immunit. in Cremonen. 2 Maii 1691, lib. Decr. Rocci, pag. 232, in Fesunala 11 Sept. 1685, lib. 3 Decr. Altov., pag. 485.

(10. Sic quando delictum non est commissum in publica via, gaudet reus Immunitate; eadem Sac. Cong. Immunit. in Albingauen. 22 Junii 1627, lib. 1 Decret. Paul., pag. 33.

(11. Mandatur Nuntio, ut constituto quod Reus commiserit unicam Grassationem, reintegrata Ecclesia, annuat pro pœna extraordinaria, citra pœnam tamen sanguinis; ead. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 2 Decembr. 1666, lib. 1 Decretal. Altov., p. 73.

(12. In Causa Grassationis annuente Sanctissimo datur Gubernatori facultas examinandi personas Ecclesiasticas, et Ministros Religionis Hierosolymitanæ, eosque cogendi in casu retinentiæ etiam per alium (modo sit Clericus) cum solita præsertatione, et procedendi contra easdem personas, dummodo denuntientur; eadem Sac. Congr.

Immunit. in Viterbien. 19 Februar. 1693, lib. 1 Decret. Vallem. pag. 172.

(13. Supradicta autem modo sunt corrigenda, et regulanda juxta novissimam dispositionem Bened. XIII Constitut. incip. *Ex quo*, § 3, ubi sic præcise statuit: « Cum itaque prædicta Gregoriana Constitutione cautum sit ut publicis latronibus, viarumque Grassatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, aut viatores ex insidiis aggrediuntur, immunitas Ecclesiastica minime suffragetur; non levis au-

GRATIA, UT EST DONUM DEI.

SUMMARIUM.

1. Gratia generatim capta quid sit? — 2. Gratia per respectum ad finem ad quem datur; dividitur in Gratiam gratis datam, et in Gratiam gratum facientem; et quæ sit utraque? — 3. Gratia gratis data novem sunt species, et enumerantur. — 4. Gratia gratum faciens alia est habitualis, et alia actualis, et quæ sit utraque? — 5. Gratia habitualis sanctificans est duplex. Prima scilicet, et secunda, et quæ sit utraque? — 6. Gratia sanctificans actualis est triplex, scilicet excitans, seu præveniens, adjuvans, seu concomitans, subsequens, seu complens. — 7. Gratia excitans seu præveniens quid sit? — 8. Gratia adjuvans, seu concomitans quid sit? — 9. Gratia subsequens, seu complens quid sit? — 10. Gratia excitans dividitur in sufficientem et efficacem, et quæ sit utraque? — 11. Homini lapsus datur interior Gratia mere sufficiens, quæ defectu consensus liberi arbitrii frustratur effectu a Deo ultimate intento. — 12. Adducitur, et solvitur instantia. — 13. Adducitur et solvitur alia instantia. — 14. Adducitur, et solvitur

(1. Gratia est donum Dei gratis homini concessum ex meritis Christi, reddens hominem Deo gratum, vel capacem eliciendi opera ad finem ultimum supernaturalem conducentia; Est in re communis. (2. Gratia, per respectum ad finem ad quem datur, dividitur in Gratiam gratis datam, et in Gratiam gratum facientem. Gratia gratis data specificè sumpta est illa, quæ præsertim ad aliorum utilitatem et salutem procurandam homini a Deo conceditur; Est in re communis. Gratia gratum faciens est illa, quæ ad ipsius recipientis salutem, et Dei gratiam obtinendam primario conceditur. (3. Gratia gratis data novem sunt species, quas enumerat Apostolus I ad Corinth. xii, ibi: *Per spiritum alii datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alteri fides, alii gratia sanctorum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* (4. Gratia gratum faciens alia est habitualis, et alia actualis. Habitualis est qualitas supernaturalis inhaerens permanentem homini, ipsaque formaliter et intrinsece sanctificans reddendo ipsum Deo gratum. Gratia actualis est aliqua motio in nobis divinitus excitata, qua transeunter illustratur intellectus ad bonum et malum cognoscendum, vel pulsatur voluntas ad illud prosequendum, et istud fugiendum in ordine ad beatitudinem. Gratia habitualis sanctificans est duplex: Prima scilicet, et secunda. Prima Gratia dicitur, qua homo peccator primo justificatur, atque

tem inter doctores emerit controversia, an quis ex unico actu publicus latro, et Grassator dici possit, vel plures ad id actus requirantur? Nos ejusmodi controversiam dirimere intendentes unicam tantum gratificationem in via publica aut vicinali admissionem sufficere ad hoc, ut quis publicus latro, et Grassator dici valeat, dummodo tamen grassati mors, aut membrorum mutilatio secuta fuerit, tenore præsentium definimus et declaramus. »

adhuc alia instantia. — 15. Gratia sufficiens datur omnibus. — 16. Homo potest cum gratia Divina, quæ nulli deest, omnia Dei præcepta observare. — 17. Facienti quod in se est ex viribus gratia Deus non denegat Gratiam. — 18. Nullatenus autem potest homo solis naturæ viribus Gratiam actualem etiam salutis initialem consequi. — 19. Gratia æqualis potest esse respectu unius sufficiens, et respectu alterius efficacem. — 20. Imo aliquando convertuntur, qui minorem habent Gratiam, et non convertuntur, qui habent majorem. — 21. Gratia in actu secundo redditur efficacem per cooperationem voluntatis humanæ elevatæ per Gratiam adjuvantem. — 22. Efficacitas Gratia potest spectari in actu primo et in actu secundo. — 23. Gratia Divina non necessitat voluntatem humanam ad bonum. — 24. Reliqua de Gratia, remissive. — 25. Subnectuntur duæ Appendices, in quarum prima agitur de vitio, atque eorum crimine agitur, qui Bajanismi et Jansenismi catholicas opiniones insimulant; in altera vero principales opiniones designantur, quæ notari erroris nequeunt.

ex inimico amico Dei constituitur, inde dicta prima, quia nullam aliam gratiam habituale præsupponit, cum ipsa immediate sit expulsiva peccati mortalis, et talis gratia prima per se confertur per Sacramenta mortuorum, Baptismum scilicet, et Pœnitentiam. (5. Gratia secunda dicitur Gratia prioris augmentum, et omnis gratia sanctificans habitualis præsupponens in suscipiente primam, seu est illa, quæ confertur homini jam in Gratia constituto, indeque dicta secunda. Et talis Gratia secunda per se confertur per sacramenta vivorum, scilicet Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam Unionem et Matrimonium. Item talem gratiam secundam acquirimus meritorie per omnem actum meritorium, factum scilicet in statu Gratia.

(6. Gratia sanctificans actualis est triplex, scilicet excitans, seu præveniens, adjuvans, seu concomitans, subsequens, seu complens. Hæc Gratia divisio desumitur ex Scriptura Sacra; nam præveniens fit mentio Ps. xx: *Prævenisti cum in benedictionibus dulcedinis.* Concomitantis I ad Corinth. x: *Laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et subsequentis Ps. xxii: *Misericordia tua subsequetur me.* Hujus triplicis Gratia meminit Concilium Trident. sess. 3, cap. 16, ubi sic dicit: « Ipse Christus Jesus tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera antecedit semper, et concomitatur, et subsequi-

tur, et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent. » (7. Gratia excitans, vel præveniens est supernaturalis motio animæ ad bonum aliquod volendum, vel malum fugiendum; dicitur enim *excitans*, quia excitat hominem velut dormientem; dicitur *præveniens*, quia voluntatem prævenit; dicitur *anteccedens*, quia antecedit consensum nostrum. (8. Gratia concomitans, seu adjuvans est illa, per quam Deus cum volumus, et sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur ad illud volendum, et exsequendum, ad quod prævie excitavit. Hocque colligitur ex S. Augustino lib. *de Gratia et Liber. Arbitr.*, cap. 13, ibi. « Ut velimus, inquit, sine nobis operatur, cum autem volumus, et sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. » Dicitur enim *concomitans*, quia concomitatur liberum voluntatis usum; dicitur *adjuvans*, quia hominem jam motum, aut excitatum adjuvat ad bonum opus actu perficiendum, vel malum evitandum; dicitur *cooperans*, quia actionem bonam, ad quam Deus prævie excitavit, nobiscum coëfficit. (9. Gratia subsequens, seu complens est illa, quæ liberum voluntatis consensum sequitur, corroborat et confirmat; de hac gratia loquitur S. Augustinus in *Enchirid.* cap. 32, ubi postquam de gratia præveniente dixisset: *Notentem prævenit, ut velit*, de subsequente subdit: *Volentem subsequitur, ne frustra velit.* Dicitur enim *subsequens*, quia subsequitur justificationem, et dat homini justificato, ut in sanctitate accepta confirmetur, ac perseveret; dicitur *complens*, quia corroborando hominem justificatum tribuit operi bono cepto ultimam perfectionem, et complementum, ne justus iterum fiat impius, et ne a tali bono opere cepto deficiat, et cadat; unde S. Fulgentius l. 1, ad Monimum cap. 11, de subsequente sic sumpta, sicuti et de præveniente, præclare ait: « Prævenit impium, ut fiat justus; subsequitur justum, ne fiat impius... prævenit elisum, ut surgat; subsequitur elevatum, ne cadat. »

(10. Gratia excitans dividitur in sufficientem et efficacem. Gratia sufficiens specificè sumpta est illa, quæ licet præbeat vires sufficientes ad ponendum effectum, ad quem ultimate datur, non ponitur tamen defectu consensus ex parte hominis. Efficax vero est illa, quæ semper et infallibiliter infert effectum ultimate intentum, et cooperationem liberi arbitrii. Utriusque hujus Gratia meminit Scriptura: de Sufficiente II ad Corinth. xv, ibi: *Sufficit tibi gratia mea*: et ad Philipp. iv, ibi: *Omnia possum in eo qui me confortat.* Efficacem commemorat Ezechiel. cap. 26, ibi: *Spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in præceptis meis ambuletis*; et Paulus ad Philippen. ii, ibi: *Deus est, qui operatur in nobis velle et perficere.* (11. Homini lapsus datur interior Gratia mere sufficiens, quæ defectu consensus liberi arbitrii frustratur effectu a Deo ultimate intento. Est certissima apud Catholicos contra Pelagianos, qui Gratiam omnem rejecerunt, et contra Calvinum et Lutherum, qui omnem gratiam efficacem esse voluerunt, et ita efficacem, ut voluntas juxta Calvinum non nisi rapta et

necessitata operetur, imo juxta Lutherum, ut in actibus bonis mere passive se habeat nihil operando, et contra Baium et Jansenium, qui ultimus lib. 3, *de Gratia Christi* c. 3, dicit Gratiam sufficientem esse monstrum quoddam singularis gratia. Veritas nostræ conclusionis patet clare ex pluribus locis Scripturæ; Isaia enim v sic dicitur: *Habitatores Hierusalem, et viri Juda, judicate inter me et vineam meam, quid debui ultra facere vineæ meæ, et non feci? Expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas*; ubi, ut vides, populus habebat gratiam interiorem, qua bene operari poterat; illa autem gratia non erat efficacem, quia non habuit effectum, quoniam loco uvarum, fecit labruscas: ergo erat sufficiens, adeoque homini lapsus datur interior gratia mere sufficiens, cui resistitur; Matthæi xxiii sic habetur: *Hierusalem, quæ occidis Prophetas, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos; et noluisti; Isaia lxxv et ad Romanos x sic dicitur: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem; Proverb. i: Vocavi et renuistis; Actor. vii: Vos semper Spiritui sancto resistitis; II ad Corinth. vi: Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ex quibus aperte patet, dari gratiam sufficientem ad salutariter operandum, alias non posset juste Scriptura viam salutis negligentes increpare, et patet etiam, non omnem gratiam esse efficacem, nam inutiliter hortaretur Apostolus Corinthios, ne in vacuum gratiam Dei recipiant. Hinc merito Innocentius X in Constitut. incip. *Cum occasione*, damnavit ut hæreticam sequentem propositionem Jansenii secundam in ordine: « Interiori Gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur, » et dicit. Innocentii Constitutionem una cum aliis confirmavit, et innovavit Clemens XI Constitut. incip. *Vineam Domini Sabaoth*; ex qua damnata propositio aperte constat, et sequitur, quod Gratia aliquando resistatur, si autem resistitur, non est efficacem, adeoque tantum sufficiens.*

(12. Nec valet objicere illud Joan. vi ubi expresse dicitur: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, quod D. Augustinus lib. *de Prædestin. Sanctorum*, c. 8, intelligit de tractione efficaci, adeoque gratiam sufficientem non dare posse ire ad Deum, et consequenter esse superfluum. Non valet, inquam, quia supposito, quod fiat ibi mentio tractionis efficaci, distinguitur antecedens. *Nemo potest*, etc., absolute loquendo, negatur antecedens: omnis enim habens gratiam sufficientem potest absolute credere, et sequi Christum, cum nihil aliud requiratur ex parte Gratia. *Nemo potest*, etc., ex suppositione quod Deus viderit non venturum, conceditur antecedens, sed nihil inde contra nos.

(13. Item non valet objicere illud ad Romanos ix, ubi dicitur: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*, quod non posset dici, si daretur Gratia, cui homo posset consentire, vel dissentire, quia in tali casu esset etiam volentis. Non valet, inquam,